

Cedrene e
XVII

Amicie [a], Gualterolus [b] de Gorgo, Ugolinus Maralde, Pepo de Canimi [c], Albertinus Ceotene [d] et alii multi, et fere omnes gonsalonerii [e] toius exercitus; et bene c confalones atque banderige Faventinis remanserunt. Debabantur Teutonici voentes se ad similem fortiam [f] minime reddituros. Sibi, quod hoc venit, reputat Tuscia [g]; flet pro multis obediens Marchia; tristatur non modicum vicina Romania; sed super omnes miserabilis gemit Ravenna, in omnibus imitata Aman [h], qui suspensus in cruce altissima crepuit, quam Mardocheo suo sine causa paraverat inimico. Sane Faventini domum comitis Iuliani atque Lambertii, qui eos in tanto offenderant periculo, destruxerunt. Quod autem tempore illo fecerant molenses, silens prætereundum nequaquam putamus. Dederunt enim, quod est mirabile dictu, omni memoria dignum, ducentas libras Brocardo Teutonico eorum potestatis pro eo quod Faventinis in tanto discrimine nocere ab ipso nullatenus cogerentur. Eodem anno dominus Imperator coram rectoribus Lombardie Faventinos in plenitudinem gratiae sue recepit, et pacem inter Bretuldum prædictum et Faventinos (80) comp̄psuit, existentibus consulibus in Faventia, Zambrasio, Bastiano, Aureo [i], Rainerio, Satio [j], atque Rustico de Berto. Et postea, nondum anno expleto, mense Septembri, apud Laudensem civitatem facta est pax et concordia inter Faventinos et cunctos suos inimicos, in præsentia domini Imperatoris et rectorum Lombardie, existentibus tunc consulibus in Faventia, Ugone Rogate, Rigone Alberici, Notevolbi [k] Rainerio Drudonis Rainerii [k] Alberico Favencii tabellionis [l], Ugeto Maclosii, [m] Ugone Saxii, Deusmededit [n]. Et in istis omnibus praeliis Bononienses cc capti sunt.

De imperatore Henrico, [o] et victoria eius [p] in regnum Sicilie
et Apuliae, [q] et de matrimonio eiusdem.

CAP. XCVIII.

Post admirabilem Virginis partum anno Domini MCLXXXVI [q] domina Constantia Rogerii [r] regis Apuliae, amita Guillielmi regis [s], nupsit domino Henrico Ro-

[a] Petri Amicie. Sic Codd. M. et V. An legendum Amiciae? — [b] Gualterolus. Sic legit Cl. Mitt.; Guillierolus, habet C. V.; imo legerem Guillierotus. Utrumque enim legi potest; nam literae vix conspicuae sunt in C. M. — [c] Pepo de Canimi. Sic C. V. et Greg. Zuccul. Cl. vero Mitt. legit, Pepo de Carumi. — [d] Albertinus Ceotene. Sic C. V., Greg. Zuccul. et Tond.; Albertinus Cedrene, C. M. — [e] ad similem fortiam, C. M.; ad simile ferrum, C. V. — [f] reputat Tuseia. Sic lego cum C. V.; Cl. Mitt. legit, renuntiat Tuscia, — [g] imitata Aman. Sic C. V.; imitata amati, C. M. — [h] Bastiano, Aureo. Sic C. M., interjecto divisionis signo. Disjunctive etiam Greg. Zuccul., in sua versione, eos exprimit, itemque Tondutius. Sed in C. V. legitur conjunctim Bastiano Aureo. — [i] Rainerio, Satio, C. M.; Rainerio Satio, C. V. In versione Greg. Zuccul., deest Satio. Tondutius habet Rainiero Sapiente. — [j] Notevolbi, C. M.; Notevolbi, C. V.; Notevolpio, Tondut; versio Greg. Zuccul. cum C. M. consentit. — [k] Rainerio Drudonis Rainerii. Sic C. M. et Gr. Zuccul.; Rainerio Drudonis Rainerii, C. V.; Rainiero di Drudone, Tond. omissio nomine posterioris Rainerii. — [l] Alberico Favencii tabellionis. Sic legit Cl. Mitt.; Alberico Faventii Tabellione, C. V. In Tondutio et Greg. Zuccul. versione, tabellio omittitur. — [m] Ugeto Macrosii, C. M.; Ugeto Maclotii, C. V.; Ugeto di Madosio, Greg. Zuccul. In Tondutii historia, desideratur. — [n] Deusmededit. Codd. Desideratur in versione Gr. Zuccul. Tondutius vertit Diomede. Cl. Mitt. ad hunc addit comitem Iulianum de Attis, et Lambertum. Videnda ejus Sinopsis Historiae Tolosani ad Cap. xcix et c. — [o] De imperatore Henrico, scilicet vi hujus nominis. — [p] et victoria ejus. De victoria, quam indicat titulus, in hoc capite nec verbum quidem. De ea vero aliiquid in Cap. cviii sequenti. — [q] Anno Domini MCLXXXVI, sic C. M. In C. V., anno MCLXXXVI. Supple porro die 27 januarii anni 1186, ex Muratorii Annalibus. — [r] Constantia Rogerii regis Apuliae. Supple: filia. — [s] Guillielmi regis. Supple: Siciliae.